

Cleantrefricare, ut frigus, indigestio, libido, uel quæ inflare ualeant cum sumuntur: item frigida plurimo scilicet tempore. Veteres autem, & magis Erasistratus Ventriflua. sectatores uentrem mouere medicaminibus certauerunt uentrifluis, quæ catartica uoca uocant, uel pessulis, quos balanifimos dixerunt.

Ευλατισμοί
πessuli.

DE LUMBRICIS. CAP: VIII.



Ανωδομήν.

Tem alij ad acriores clysteres confugerunt ex initio adhibendos, uelut Asclepiades: & aliquibus etiam fluor uentris efficitur sine lumbricorum exclusione, aliquando attestante fastidio & debilitate, & pallore cum tenacitate corporis: & nunc tussicula arida leui ex occasione commota: nunc solutione atque defectu corporis & animæ, quem lipothymian appellant. Pueris uero dormientibus turbatio membrorum efficitur, gemitu attestante cum iactatione, & stridore dentium, & sæpe contra solitum morem prona positio iacendi: Tum clamatio sine manifestatione, exiliente cum uocibus ægrotante. Quibusdam etiam repentinus casus occurrit, ut oppressi obmutescant, nunquam similiter affecti. Item aliquando conductione uel contractu membrorum rapiuntur, & quidam per interualla conticescunt, & in febribus demersione lethargorum simili premuntur. Item totius uultus paulatim nimia insinuatio, nunc detracto rubore mutantur, & aliquando articularum frigore cum difficili responsione, siquidem interrogentur, manibus elatis iactantur, attestante sudore. In pueris uero lumbricorum conuersio, siue connexio sæpe occurrit, ut etiam tactu sentiat durities in ea intestini parte, quæ fuerit magis in ultima tenuitate. Tum denique eorum euerfione ægrotantes interficiuntur. Pulsus uero, ut etiam Themison libro nono Epistolarum designat, est inæqualis ac plurimum deficiens. Excluduntur autem nunc per uentrem, nunc per stomachum atque os, uel nares, & aliquando sponte connexi in sphaeræ similitudinem: plurimi amplexu mutuo uinculati, aliquando singulares. Itæ sanguinolenti, uel fellofi, aut cū stercore per podicem, uel humore felleo, uiui aut mortui, pleni aut inanes, & omnes, aut ex parte, albi uel fului. Alia denique plurima sequentur ægrotantes, quibus designari supra memorata necesse est: Et nunc parua, nunc plurima pro quantitate animalium ac forma: uel quod nunc plurimum, nunc parum noceant, locorum differentia uariante, cum nunc ad stomachum ascendunt, nunc in intestinis perseverant, & ægrotantium uires nunc debilitate, nunc fortitudine habituantur, & nunc cum febribus, nunc sine febre. Sed quoniam multa ex accidentibus alijs quoque similia passionibus inueniuntur, ut alienatio mentis furori, atque phrenetidi, uocis amputatio, lethargo, & præfocationi matricis, & apoplexiæ, & epilepsiæ, atq; apprehensioni sensuum. Qui autem ex lumbricis patitur nunquã spumas excludunt. At uero præfocatio ex matrice cum ascensu matricis efficitur, quem Græci anadromen uocant, & magis in ætatibus perfectis, antecedente matricis ægritudine. Ex lumbricis uero facta uocis oppressio magis ætatibus imperfectis adscribitur, antecedente uentris atque intestinorum querela. Item à catalepticis discernuntur lumbricis laborantes: siquidem illi in febribus obmutescant maiore atque percussibili pulsu testantes. Qui autem à lumbricis id patiuntur, etiam sine febribus uocis amputationem sustinent, cum pulsu paruo atque crebro. Item ab ileicis discernuntur, qui lumbricorum tormento uexantur: siquidem neque uentris officium in hijs abstinatur, uel pallor antecedit, aut contra consuetudinem iaceant proni, uel dormiant cum gemitu,

ἀνωδομήν.

Si ratio ablenatione
dilatatione infirmi part
nem. A spiritibus uero dicit
conuersione aut dolores in
mbris laborantes sequitur.
Ipe omnium labia condunt
neat caluam, quod moder
uatur. Hi uero qualitate
sic et similitudine dicitur
norum ueteres medio profici
progrediuntur quod uentis
gubernetur in lumbricis
ex illi conuictus in modis. In
ant gratia denuntiare: siquid
des libro Prognostico uocant
se abstrudant: per uentrem uero
in, sed inuicem & inanes esse
ingredientes penitentiam. Uer
na, ac sanguinolentis febribus
teras Prognosticum scripta, I
gramen, Apollonius Clarius il
dos lumbricos nisi significare
causas propeere iudicant, qu
sanguinolentis uocibus prout
n. hoc uentris modo, quem C
dicitur a similitudine in modis gra
uandolentur. Item Antipater
dicitur inuicem, quam per uentrem la
uenteribus. Cuiusmodi Aliter
in uentris uocibus, ut per uentrem
hanc uocem portendit. Oportet
quod magis ægri portenduntur.
Veni huiusmodi, eos qui in ægri
nihil graue significare. Sed uap
quod hanc sententiam, ducendo uoc
fribus solutionem hoc dicitur
causæ febribus stricte. Ne
boni domus corruptionem, q
portendit uocibus, de quibus
uocem. Item sanguinolentis
in, & in modum uocem uocem
dicitur ex ipso sanguine natura
uocem uocem aliorum partium
uocem uero laxationem
uocem et officiorum uocem
uocem quorum adiectio
Huiusmodi significatio,

A mitu, & irrationabili exclamatione. Item à stomachicis discernuntur, cum nullus fuerit humor in stomachi partibus inuentus, & intestinorum tormenta sustineant. A syntecticis uero discernuntur, quod nulla querela tormentorum, uel conuersionis, aut doloris in intestinis, uel uentre afficiatur: quod necessarid lumbricis laborantes sequetur. Item ab hijs qui naturaliter, uel ex multitudine cibi per somnum labia conducunt in similitudinem sorbentium, uel sine ulla ratione aut exiliunt, quod moderatione accedente, atq; cibi facta deductione releuantur. Hij uero qui lumbricis afficiuntur magis uexentur parcitate ciboru. Hæc est similitum discretio passionum. De exclusione uero siue egestione lumbricorum ueteres medici præciam significationem posuerunt, & appellauerunt prognosin: in quo diuersa senserunt: Nam Hippocrates libro Prognostico significare inquit lumbricos interfectionem ægrotantis, quoties mortui fuerint exclusi omnibus in morbis. Item quidam communiter mortuos lumbricos aiunt graua denuntiare: siquidem ostendant inesse corpori ruptionem. Diocles libro Prognostico euomitos inquit lumbricos nihil alienū significare, nec esse absurdum: per inferiora uero excludi quoque lumbricos non admirandum, sed mortuos & inanes esse melius ac salutare: Viuos uero atque plenos & sanguinolentos perniciosum. Item libro de egestionibus scripto, uiuos uel plenos, ac sanguinolentos febriles dixit. Erophilus uero libro quem ad Hippocratis Prognosticum scripsit, siue uiuos, siue mortuos excludi negat incongruum. Apollonius Glaucus libris quos de Interioribus scripsit, reiectos rotundos lumbricos initio significare indigestionum frequentiam, ultimo uero ægritudinis properare iudicium, quod crisin appellant. Item uiuos ac plenos, & sanguinolentos non recta portendere. Apollonius Memphites percunctatiuo, siue uniuersali modo, quem Græci catholicon uocant, omnia inquit in intestinis animalia nata in morbis graua significare, & magis mortua, quam si uiua excludantur. Item Antiphanes libro quem Panopten appellauit, melius esse per inferiora, quam per uomitū lumbricos excludere, & solos magis quam cum stercoribus. Chrysippus Asclepiadis sectator, libro tertio de lumbricis, solis in celeribus causis, siue periculosis mortuos inquit lumbricos egestos interfectionem ægro portendere: Ostendunt enim mortui aciem uehementem inesse, quando magis ægri periclitantur. Sic inquit denique Hippocratem ferri, dicentem suo libro, eos qui in ægritudinis declinatione cum stercoribus egeruntur, nihil graue significare. Sed neque inquit Dioclem Hippocrati contrariam protulisse sententiam, dicendo mortuos uel inanes esse meliores: siquidem hic in febris solutionum hoc dixisse uideatur: Hippocrates autem mortem significare, sed in febris stricturæ. Nos uero communiter significari aliquam ex lumbricis dicimus corruptionem, quam lientericis irruentem bonum quicquam portendere iudicamus, de ipsis scribentes docuimus: in omnibus uero cæteris noxiam. Item sanguinolentoru exclusio etiam debilitatem significat: Alibi etenim, & nondum mutata aut corrupta materia nutriuntur: Sanguinolenti uero uellendo ex ipso sanguine nutriuntur. Item in augmento accessionis februm exclusi turborem altiorum partium ostendunt, & magis si fuerint sanguinolenti: declinatione uero laxamentum, sicut cætera, hoc est stercorum uel urinæ, uel quorumlibet officiorum egestio: Etenim laxatis corporibus reddi uidentur: quippe cum quorum adiectio grauet, eorum detractio necessarid releuet. Hæc est lumbricorum significatio, sed ob curationem in hijs quos ascaridas uo-

συντεκτικαί.

πρόγνωση.
Hippocrates.

Diocles.

Erophilus.

Apollonius
Glaucus.

επιγίσις.

Apollonius
Memphites.
καθολικὸς
modus.

Antiphanes.

Chrysippus.

ασκαρίδας

- C** cauimus, si tumor in longaone fuerit constitutus, oportet iniectioem olei adhibere: quæ cum fuerit reddita, erit infusio aut decoctio centaureæ, uel absinthij iniicienda: Ac si ramenta fuerint exclusa sanguinolenti coloris, decoctio mali punici corticis, uel gallæ conuenit iniectioem. Aut si perseverauerit, chartæ *Arsenicon.* exustæ, & auri pigmenti, quod Græci arsenicon uocant, æquali pondere, quod sit in quantitate drachmarum sex, cum succo arnoglossæ. Ac si putredo apparuerit, quam Græci menomen appellant, erit aqua salsa iniicienda, atque congrua medicamina, sicut nuper docuimus: Ex hijs enim & animalia interficiuntur, & alij trochisci prohibentur, & ulcera cicatricantur. Ac si rotundi fuerint lumbrici, qui nunc stricturæ accidunt, nunc solutioni, nunc ulceribus intestinorum: & nunc in celeribus passionibus, nunc in tardis, quas chronias uocant: non ex suprascriptis, sed sua in corpore alienitate uacantes ex corruptione ciborum effecta, oportebit curationem pro suprascripta curari differentia: Et si ipsa animalia corrumpenda uiderimus, erunt medicamina adhibenda, aut tanquam aliena, atque indigentia detractioe auferantur. Ac si passionibus fuerint appenditia, quæ sæpe generandorum animalium fuerunt causæ, erunt congrua ipsdẽ passionibus adhibenda: Hijs enim conuictis etiã animalia interficiuntur. Quapropter si strictura fuerit in corpore, fomentatio competens est adhibenda, atq; cataplasma laxatiuum, & si ratio coegerit, phlebotomia: quæ singula suis temporibus aptanda probamus. Tum cucurbita adiuncta scarificatione medianis partibus admouenda: Hijs enim laxatis sine ulla medicaminũ uirtute, † atq; facile animalia decidunt oleo potu, aut aqua calida, & oleo uel decoctione noxarum, aut glycyrrhizæ, cuius libra infusa in aquæ heminas sex, usque ad tertiam partem erit decoquenda: Et hijs præterea cibi tempore dari potest sorbile *Oleoptisanon.* quicquam, ut illud quod Græci appellant oleoptisanon: Ex hijs enim & tumentium dimissa fundentur. At si solutio fuerit in corpore, erunt constrictum, & aceto cum melle tribus uel quatuor cyathis aquæ commixtis, cum ceruini cornu ferragine aspersa, quam Græci rhinen uocant, in cochlearis plenæ quantitate, si tarda fuerit passio, quam Græci chronian uocant, quoniam indiget recorporatione, atque lacescentium medicaminum uirtute. Sed in lenimento constituta erit uaria comectura facienda, quo animalia excludantur. Quapropter adhibenda medicamina, harũ partiũ fomentatio ex oleo ueteri, & apponenda unctio fellis taurini ægrotatis umbilico, uel lanæ ex ipso tinctæ particula: Tum cataplasma ex polline lupini consperso ex decoctione absinthij aut fantonici. Admiscendus denique etiã succus earundem herbarum. Si uero uehementius oportuerit animalia alia sauciare, conuenit etiam tanquam acriores cibos, & propterea aptos, uelut in drimyphagia, dare cepam, allium, quæ nunc incocta, nunc mediocriter cocta, quo minima eorum uirtus erit offerenda: nunc enim urgente lumbricorum exclusione hijs uti cogimur rebus. Facit idem sinapi exuccatum, uel adiuncto pani comestum. Item nasturtium cum aceto contritum, siue ut Græci uocant, cardamum, immisso atque infuso pani. Item laser aceto solutum, siue sinapi, quo comedenda tinguantur, uel ouo sorbili admixtus iste liquor detur in erui modo: Item absinthium cum uino potu datum. Ac si ulceratio fuerit intestinorum, congrua probamus adhibenda pro ulcerum differentia. Ac si febres non fuerint, neq; alia quælibet passio lumbricis confuerit, nihil oportet conijcere, sed ex medicaminum uarietate eorum interfectionem atque

detra

acutem esse: & erunt
 adhibenda atque comedenda
 Et quoniã multum sunt
 tui quæritur, ut locorum se
 latio partem et sua in colu
 tione pariter chyli fuerint
 minima. Et ex istis alijs
 petende imus esse copiam
 hoc potus. Similiter epistima
 libere. Oportet igitur potu
 si, aut sanoni alijs in colu
 admitti uentis, non colore solu
 citate uentis feruore, & labori
 uolubili transportant. Item al
 ra. Nec non etiam uolubili dicit
 alio appellatur, quoniam compo
 sitione trahimus. Item car
 nim uita aqua uel melle, aut
 decoctione acy uel sanoni cum
 si nimis quædam trahatur
 quam uentis digit capere potu
 aut decoctione uentis, aut de
 latio in cochleari in dicitur cum
 sanoni. Item absinthium cum
 in potu, quod late potu, aut
 sanoni, uel commixtum par
 tibus em aquæ sorbilibus com
 tæ. Hæc etiam si lecto atq; potu
 uolubili atq; immilla. Et dicitur
 dicitur, quæ uolubili sanoni uo
 is uentis habet coacta, quæ
 uolubili, quæ uentis dicitur uolubili
 tæ panis si licentem modum
 cum aliqua decoctione uolubili
 uolubili probamus cataplasma ex
 quilla erit acionis aceto concoque
 uolubili chimæta, aut uolubili acy
 ut absinthium uentis qualitate. T
 si pro uolubili dicitur, ut fo
 uentis aceto uel uolubili ex aqua
 uolubili cū melle quædam trahatur
 uolubili potu obolus uolubili
 uolubili. Et facta tamen potu dicitur
 epistima medias partes ex lo
 admittit illis, aut ceroc
 dicitur acy potu interiora, quæ
 uolubili uolubili uel alio panibus
 dicitur uolubili potu dicitur quæ p

A detractiōnem efficere: Sunt enim bestiolæ, quæ Græci theridia uocauerunt, sed
 producenda atque extendenda erit magnitudo curationis pro accidentium mo- επιδημια.
 do: Et quoniam aliquando sunt in uentre constitutæ, quod probatur ex ægro-
 tantium querelis, cum locorum sensus tanguntur: aliquando in intestinis, & ne-
 cessario quæ in uentre sunt celerius afficit medicaminum cibus ac potus. Intesti-
 nis uero quæ per clysterem fuerint iniecta: nam & ex uentre ad intestina hæc sæ-
 pe animalia, & ex intestinis ad uentrem refugiunt. Erunt sanabilis ergo, ut ubi
 apprehenderit esse copiam lumbricorum, usum primo adhibeamus cōgrui
 cibi ac potus, similiter epithematum usum seruantes, & cataplasmatum, deinde
 clysterem. Oportet igitur potum dari absinthij pontici decoctionem, siue mari-
 ni, aut fantonici usque ad modum datum cyathorum uel trium: & nunc nulla alia
 admixta materia, nunc oleo adiuncto, uel decoctione lupini, aut noxarum cum
 cornu ceruini ferragine, & laser aqua solutum uel aceto, & admixto sinapi, aut
 ouo sorbili transuoratum. Item alica in qua fuerit infusa aloë, siue ipsa transuo-
 rata: Nec non etiam trochiscus dandus, qui appellatur picros, uel illa hiera quæ προχριστός πι-
κρός
 dialoës appellatur: quorum compositiones Responsionum libris de medicami- εργάδια λαοφ.
 ne scribentes tradidimus. Item cardamum quod nasturtium uocamus, torridū
 ac tritum cum aqua uel mulso, aut cum melle in electario datū. Item lupini sic,
 si decorticati atque transuorati cum melle quindecim numero, uel uiginti: quod
 si minime quisquam transuorare ualuerit, eorum polline conspersum atque tritū,
 quantum tres digiti capere potuerint aquæ bibendum admiscemus, siue mulso
 aut decoctione noxarum, aut electario admixto melle dabimus. Item gentianæ
 succum in cochlearij modum cum mulso conuenit dare, atque horum similibus
 uti uirtutibus. Item absinthium cum uino, & castoreum cum mulso. In paruis
 uero pueris, quo latere possint, nasturtium frixum siue tritum cum melle atque la-
 cte dabitur potui, uel commixtum pani. Hijs igitur rebus erunt cibi ponendi:
 pultibus enim atque sorbilibus conuenit absinthium concoquere, uel similes
 herbas. Hoc etiam si sicco siccato atque pingui, uel palmulis, quas patetos appellat,
 quæ concisæ atque immixtæ, & cibo datæ mederi ualebunt. Faciunt præterea mora Μορα celsa.
 cibo data, quæ uulgo celsa Latini uocauerunt, Græci uero sycamina. Itē ex amig- τροφήματα.
 cuncta quæ uentri deducere ualent. Hinc denique etiam pinna arida ueluti atque
 trita potui sufficientem modum miscuerunt. Conuenit etiam urtica, siue sola, si-
 ue cum aliqua decoctione confecta: Nam ob celebrandam curationē uehemen-
 ter utilia probamus catapotia ex squilla atque chamælea confecta. Sumpta igitur καταπότια
ex squilla.
 squilla erit acriori aceto concoquenda, ne fluida fiat. Tum terenda diligenter,
 ac deinde chamælea, anchusa atque creta admiscenda squillæ, quantum res patitur,
 ut ad emplastri ueniat qualitatē. Tum facienda catapotia in fabæ magnitudinē,
 & pro uiribus ægrotantis danda, ut fortibus octo uel nouē, imbecillis sex uel septē,
 pueris uero tres uel quatuor ex aqua calida. Potest etiā ipsius chamæleæ concisæ
 atque cōtritæ cum mulso quippiam dari transbibendū, uel cum lenticulæ paruo modo sor-
 bendū: sed pueris obolus unus, maioribus uero oboli duo sunt dandi: Itē forti-
 bus tres. Perfecta tamen potio drachmæ unius continet modū. Utendū præterea
 epithemate circa medias partes ex lupini pollinibus aut melanthio, & decoctioe
 absinthij, aut suluo liliorū, aut cerotario cedrix admixtis lupinis tritis, aut absin-
 thio, aut agrestis peponis interiora, quæ Græci colocyntida uocāt, cum melle atque ε. λουκισ.
 lupinis, aut centaureæ uel aloës partibus duabus, & diagridij parte una cum melle
 & felle taurino, Erunt præterea oia quæ potui ordinauimus danda etiā per clysterē
 K 4 injicienda,

Ciēda, & magis adiuncto uel admixto oleo plurimo calido, & succis præscri-
 ptis, quo plurima mordicatione intestina afficiantur. Ac si lati fuerint lumbrici,
 erit adhibendus uomitus ex oleo, non ex radicibus, & alia die clystere utendū,
 admixta nitri parte, uel salis. Danda etiam aqua falsa potui, aut glycyrrhizæ ra-
 dicis decoctio, aut similiter incocta glycyrrhiza. Alij uero tres drachmas gly-
 cyrrhizæ cum nitro probauerunt. Alij diagridij obolos tres, cum polypodij her-
 bæ drachmis duabus. Alij ex pinnis medicamen confectum. Sed erit semper
 tentandum, ubi res patiuntur, ut hijs utamur medicaminibus, quæ minime sto-
 machum afficiant. Tum cum sensum acceperint ægrotantes animalium caren-
 dorum, ut interpellatione uentris admoneantur, subiicienda erit aqua calida,
 quo & loca relaxentur, & animalia procedant, ne frigore percussa fugiant. Erit
 præterea curandum, ne frequenter hæc animalia renascantur, ut unctione regu-
 lari corpora fortificemus, adhibito præceptore, adhibita etiam recorporatione
 cyclica, quæ fit uomitu radicum, & drimyphagia, & dropace, & sinapismo,
 & paroptesi, & horum similibus uirtute rebus.

παρσιανου.

DE MOLLIBVS, SIVE SVBACTIS,
 quos Græci malthacos uocant. CAP: IX.

παρσιανου.



D

Olles, siue subactos Græci malthacos uocauerunt, quos qui-
 dem esse nullus facile uirorum credit: Non enim hoc huma-
 nos ex natura uenit in mores, sed pulso pudore, libido etiam
 indebitas partes obscænis usibus subiugauit, cum nullus cu-
 piditati modus, nulla satietati spes est, singulis spartanum suf-
 ficiunt sua: Nam si nostri corporis loca diuina prouidentia cer-
 tis destinauit officijs. Tum denique uolentes ueste atque gressu, & alijs foemi-
 ninis rebus, quæ sunt à passionibus corporis aliena, sed potius corruptæ mentis
 uitia: Nam sæpe tumentes, uel quod est difficile, uerentes quosdam, quibus
 forte deferunt, repete mutati paruo tempore uirilitalis quærunt indicia demon-
 strare, cuius quia modum nesciunt, rursus nimietate sublatis plus quoque quam
 uirtuti conuenit faciunt, & maioribus se peccatis inuoluunt. Constat itaque
 etiam hoc nostro iudicio, hos uera sentire: Est enim, ut Soranus ait, mali-
 gne ac foedissime mentis passio: Nam sicut foemina Tribades appellata, quod
 utranque Venerem exerceant, mulieribus magis quam uiris misceri festinant,
 & easdem inuidentiã penè uirili sectantur: Et cum passione fuerint deserta,
 seu temporaliter releuata, ea quærunt alijs obijcere quæ pati noscuntur, iuu-
 mini humilitate duplici sexu confectam, uelut frequenter ebrietate corruptæ
 in nouas libidinis formas erumpentes, consuetudine turpi nutritas, sui sexus
 iniurijs gaudent: Sic illi comparatione talium animi passione iactari noscun-
 tur: Nam neque ulla curatio corporis depellendæ passionis causa recte puta-
 tur adhibenda, sed potius animus coërcendus, qui tanta peccatorum labe ue-
 xatur: Nemo enim pruriens corpus foeminando correat, uel uirilis ueretri ta-
 ctu mitigauit. Sed communiter querelam siue dolorem alia ex materia tolera-
 uit. Denique etiam à Clodio historia curationis data ascaridarum esse perspi-
 citur, quos de lumbricis scribentes uermiculos esse docuimus longaonis in par-
 tibus natos. Parmenides libris quos de natura scripsit, euentu inquit conce-
 ptionis molles aliquando, seu subactos homines generari. Cuius quia græ-
 cum est

Soranus.

tribades.

Tribades

Clodius.

Parmenides.

CHRISTO
 delphigrama dicitur
 ab omni sui iniquum
 Formis uisum Ven
 Venitiam diuersis
 Tempore seruans bene
 Nam uirtutes permittit
 Ne faciant uitam perire
 Ne centem genio uer
 Vult enim seminum præter
 istidem corpora faciant, unan
 nixto semine corporo uirtutes
 nos aduentu sequatur. Malt
 esse passionem, & propter
 unum minime, qui sunt par
 in specula adhibentur, quæ
 præter ueritate, ut nulli possit
 peribum, siq; generum
 in passionibus corporis inuolunt
 propterea utate ueritate minime
 facillimos effectus dubium formi
 am in libido desit passio quæ
 libida, quæ libidinis seu molles
 libid, & inuolunt magis libidinis
 in ueritate adhibet uirtutes
 non luxurie libido diuolunt, am
 in his uero qui sensu desit
 in libido in concupiscentia
 in uolunt Venem possit
 in ueritate ueritate quæ
 in uolunt uolunt
 plus n

C A E L I I A V R I
 115
 7